r Ogo te dilectissime deꝰ vt mors tua amarissima: ⁊ passio omniū membroꝝ tuoꝝ mortificet in oībus mēbris meis omia mala que impediūt fructum passionis tue ⁊ vitam spiritualem mihi in pn̄ti concedat ⁊ eternā in futuro tribuat. Peto etiam dn̄e vt q̄tidie os meū aperire digneris: ⁊ aquas gratie de latere tuo mihi haurire concedas ⁊ illū potum mihi propines ad quē inuitasti fideles sitientes cū dixisti Si quis sitit veniat ⁊ bibat. et de ventre eiꝰ fluēt aque viue. Respice ergo pater sanctissime de excelso celoꝝ habitaculo in facieꝫ xp̄i filij tui: ⁊ super illud holocaustum suauissimi sudoris ⁊ accepta hanc hostiam quā offert tibi summus pontifex noster christus ꝑ peccatis meis: ⁊ esto mihi placabilis in presenti per gratiam: ⁊ in futuro ꝑ gl'iam Amen.

Hora decima nona de planctu mortis xp̄i ⁊ de eiꝰ sepultura lamētabili.

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

Eus in adiutorium meũ inten
de. Domine ad adiuuandũ me
festina Gloria pr̄i ⁊ filio ⁊c̄. Si
cut erat in p̄ncipio ⁊ nūc ⁊ semp̄ ⁊c̄.

Fundamentum meditationis

Diuua me domine iesu chryste
a dolenti ⁊ flebili mente meditari
planctũ amicoꝝ tuoꝝ quē fece
runt sup̄ mortem ⁊ sepulturā tuam.

De planctu marie.

Eh maria mestissima dn̄a post
a mortē filij tui orbata/ derelicta
sub cruce remansisti/ ⁊ p̄ dolore
ad terrā sedisti: mortē ⁊ oēs passiones fi
lij tui in corde tuo doloroso reuoluisti.
Ach q̄tiens totus dolor tu⁹ ab hora no
na vsq̄ ad horā vespertinā d̄ oībus pas
sionibus fuit in te renouat⁹: ex eo ꝙ āñ
oculos tuos dilectũ filiũ tuũ mortuuꝫ
in cruce tā miserabil'r pēdentē vidisti. ⁊
tā turpiter in oīb⁹ mēbris ꝑtractatũ cō⁊
spexisti/ lachrymas incessanter fudisti.
pectus ꝑcussisti ⁊ alta supiria cum verb
lamentabilibus produxisti Ach mulie

res deuotissime maria magdalene ꝛ so
rores dñe ac ceteri deuoti viri quotiēs
in magna fruitiōe ad pedes dñi cōse
distis verba de ore ei⁹ melliflua audiui-
stis ꝛ modo ad pedes sub cruce sedeba-
tis ꝛ nihil nisi ach vnd ve lamentari au
diebatis.

De lamentatōibus discipuloꝝ

Ach discipli domini qui in mō-
tibus circūquaq; interim vos
abscondistis. ꝛ singl'a facta alō
ge conspexistis / ꝛ cuz vobis ꝯstiterat ꝙ
ꝑl'us circa horā nonā de loco caluarie
recesserat / timide ꝛ sigillatim / mō vnus
mō duo: modo tres aduēistis / ꝛ sub cru
ce vos recepistis. Et dñm ac magistrū
vrm dilectissimū in cruce pēdentē mor-
tuum ꝛ tam viliter ꝛ inhumane ꝑtracta
tum in omnibus mēbris suis vidistis:
Ach quātum planctum ꝛ eiulatuz emi
sistis. Ach quotiens ad terram lachry
mando pectus tundendo: manus i uo
lutas eleuando cecidistis / et tam ꝯ dolē-
er cōquesti fuistis ꝙ vos a magistro ec

dño vestro absentastis ꝛ mortē cum ip̄o non accepastis. Ach ꝙ̄ libenter dñam vr̄am mestissimā sedētez sub cruce cū io hāne ꝛ alijs mulieribꝯ incessanter flenti bus ꝯsolati fuissetis si p̄ vi doloris ꝛ fle tu magno potuissetis. Et q̄ntum plus plorastis ꝛ clamastis: tāto plus dolorē dñe vestre augmentastis. Ach iohes cu stos marie ꝛ socius ei⁹ in tribulatiōe ꝙ̄ dolenti corde surrexisti q̄n discipl'os ad uenire vidisti/ q̄bus occurrebas ꝛ mor tē dñi ꝛ passiones ei⁹ quas p̄ntialiter vi disti ip̄is flendo enarrabas. Ach quoti ens om̄es simul viri ꝛ mulieres subtus crucē stantes oculos flentes gementes ꝛ pre dolore cū corpe tremētes subleua⸗ stis. ꝛ dominū vestruz lachrymabili vo ce aduocastis.

Depositio corpis christi de cruce.

a Ch Joseph ꝛ Nycodeme ami⸗ ci dñi/ q̄ntum dñm ih̄m dilexi⸗ stis vere ostendistis ꝙ absqꝫ ti⸗ more Pilatū accessistis ꝛ mortuū solui de cruce ꝛ sepeliri fideliter petiuistꝫ Ach

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

dulcissimi amici dñi cũ q̃nto dolore cor
dis crucem ascendistis. Ach q̃t lachry-
mas fudistis: qñ manus ꝛ pedes clauis
tã crudeliter affixos ad soluendũ tetigi
stis. Ach quotiens interim oc'los ad ce
lũ leuastis ꝛ prĩ lamentabili voce que/
relas formastis: ꝙ suus dilect⁹ filius tã
crudeliter a ppl'o suo tã innocenter esset
interfectus. vndiq; vulnerat⁹ ꝛ cruenta
tus ac morte turpissima cõdemnatus.
Ach ꝙ dolenter dulcissimi discipuli ꝛ a
mici dñi hec aspexistis: oẽs vos erexi/
stis: brachia vr̃a sursũ extẽdistis. ꝛ bra
chia dñi alternatim in man⁹ vr̃as cepi-
stis: ꝛ postea eius corp⁹ ad vr̃a brachia
ↄclusistis/ ꝛ tãdiu tenuistis quousq; pe
des etiã soluebant. Ach quotiẽs oĩa
mẽbra vr̃a cõmouebant ꝛ corpa vr̃a pre
fletu ꝛ dolore trepidauert̃ ꝙdiu brachia
vestra corpus dñi mortuũ nõ plene so/
lutũ tenuerũt. Ach ꝙ lugubri voce mat̃
etiã accessit corp⁹ mortuũ ꝛ solutũ tãge
re desiderans/ ꝛ p̃ alijs hoc posse facere
aspirãs. Ach q̃nto luctu ꝛ plãctu disci

puli ipm corp⁹ solutū de cruce portaue
rūt ⁊ ad terrā posuerūt ⁊ oēs illud circū-
uenerūt. Alij circūsteterūt/alij circūde-
derūt: oēsq̧ simul fleuerūt ⁊ planxerunt
q̄ terra ⁊ lapides poterāt ꝺ dolore ⁊ plā
ctu cōmisso cōmoueri ⁊ plangentib⁹ mi
sereri. Ach dn̄e iesu q̄ntū ibi mater tua
flebat ⁊ cū alijs dolebat: ⁊ p̄ dolore qui-
dam exanimes facti ceciderūt. alij huc
alij illuc ad terrā se dederūt. Ach dn̄e ie
su quō ibidem mēbra corpis tui vulne-
rata inter amicos tuos diuisa fuerūt/et
totiens osculata ⁊ lachrimis incessant
fusis irrigata ⁊ madefacta. ac si essent aq̄
ꝑfusa ⁊ lota. Ach q̄nto dolore ⁊ cordis
merore dn̄e iesu amici tui vulnera tua
magna inspexerūt/quotiēs manus/pe
des: caput: latus vulnerata suis mani-
bus ꝯtrectauerūt: ⁊ que verba/qualia ⁊
q̄nta lamētabilia maria ⁊ ceteri amici ꝓ
tulerūt/non possum plene meditari: ne
q̧ lingua pōt fari. Heu mihi dn̄e quare
me fecisti si non debeo esse tibi coniun-
ct⁹ ⁊ cōformis in passiōe: aut ⁊ si sum tibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.7.22

cõiunct⁹: q̃re non sum tecũ vulneratus
⁊ flagellat⁹ Dulcissime dñe tu nõ es vul
nerat⁹ p te sʒ p me Et tu portas vulnera
mea ⁊ ego nõ. Quid est hoc: ego abeo non
vulnerat⁹ ⁊ tu nõ/ ⁊ ego sum q̃ peccaui ⁊
inique egi sʒ tu qui es agnus innocens
q̃d fecisti. Uertant ergo obsecro hec vulne
ra in me/ redde nob corda nr̃a: ne q̃ inno
cens es nocẽs appareas retinẽs aliena/
aut saltez tecũ vulnera corda nostra: ab
horreo cor meũ videre non vulneratuʒ:
cũ te video saluatorem meũ vulneratũ:
⁊ p me vilissimo peccatore crucifixum/
verecũdia est mihi videre afflictũ ⁊ vul-
neratũ saluatorẽ meũ ⁊ ptransire illesuʒ
me miserum peccatorem.

De sepultura christi

Eh maria qñ vidisti p amicos
a corpus filij lauari/ ⁊ aromatib⁹
pungi/ ⁊ synode inuolui: ⁊ ad se
pulturã preparari: illos allocuta es ⁊ di
xisti. Sustinete paululũ vt mecũ dolo-
rẽ plãgãq̃ meũ dulcissimũ filiũ dosciter
⁊ tãgã: mihi meũ filiũ sb trahere nolite.

Si sepeliri debeat me secū sepelite. Ac-
cessit sic exanimis/ se sup corpus iecit: ꝛ
sacrū vultū lachrymis vbertim madefe
cit. Tandē precibꝰ discipuloꝝ victa cor
pus dimisit/ qđ discipuli cū magno plā
ctu sustulerūt ꝛ ad sepulchꝝ portauerūt
O maria cū q̄nto dolore tu secuta cuꝫ
sororibꝰ tuis ꝛ alijs ipm funus fuisti.
O q̄ntus luctus ꝛ planctꝰ oīm amicoꝝ
ꝛ quanta precipue lamenta mulierū nō
sunt audita talia nec visa ꝯsilīa facta mi
serabilia. Ach dn̄e ih̄u q̄nto fuisti mero
re sepultus ꝛ in sepulchrū positus: quā
to dolore amici tui de sepulchro amoti
fuerūt a ministris q̄s iudei ꝑ custodia
miserūt. Ach quō dolēter ꝛ lachrimabi
li voce discipuli recesserūt: ꝛ magistruꝫ
eoꝝ mortuuꝫ in sepuchro reliquerunt.
Ach maria q̄ꝫ inuite recessisti. Ach quō
gabrielē archāgelū tuū allocuta fuisti ꝛ
dixisti. Eya Gabriel. Aue gr̄a plena mi
hi olim ꝑtulisti. Nūc amaritudine suꝫ
repleta tristi. Sbsequēter inq̄ens: dn̄s
est tecū. En iacet in tumulo: necest mō

mecū. O mīs benedictio quā tu spopō-
disti iam mihi est ꝯtraria ꝓpter mortem
xp̄i. Tandez tu dn̄a ꝓpter tyrannidē cu-
stodū sepulchri voce flebili / corpore de-
bili: ꝛ quasi semimortua a Johe ꝛ aliis
in brachiis ducta / in domū amicoꝝ fui-
sti ꝛ vsq3 ad tertiū diē filii tui resurrectō-
nem expectasti ꝛ firmiter aduenire cre-
didisti. O anima mea tarda / ꝛ accidio-
sa quare tardas: q̄re expectas Ecce dn̄s
tuus largitor oīm bonoꝝ iacet prostra-
tus / vulneratus in sepulchro. Accede
ip̄m audacter: pete grām ꝛ veniam instā-
ter. Et si ꝓpter importunitatez ꝛ constā-
tiam petitōis erit tibi offensus nō time-
as. Non eīn verbis ꝯtumeliosis te pōt
inuadere. qꝛ lingua eius faucibꝰ suis q̄
loqui nō potest adheret. Nec etiam pōt
te ꝑcuttere quia manꝰ eius sunt ꝑforate
ꝛ pugnū ꝑcutiendi non pōt facere: Nec
te pōt euadere ꝛ discurrere. qꝛ pedes eiꝰ
sunt claudi ꝛ vulnerati. Tracta ḡ eū ad
libitum ꝛ habebis in petitōnibus tuis
omne tuum propositum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

Quare christus volebat sepeliri.

D A mihi dñe iesu intellectū vt sci-
am q tu volebas de cruce reci-
pi/ad sepulchrū poni: nō ab in
imicis & peccatoribꝫ sed a iustis & amicꝭ
ad designandū q tuū sacratissimū cor-
pus in sacramento vis poni & collocari
in cordibus & sepulchris iustoꝝ. & non
peccatoꝝ. q̇ non tanq̄ amici veri sed fi-
cti & falsi accedūt & te male recipiūt.

Oratio pro sepultura chrysti.

R Ogo te piissime deꝰ: vt mihi cō-
cedere digneris instrumenta pe
nitentie quibus cor meū durius lapide
scindā & sepulcrū seu locū pacis tibi fa-
ciam/& tuū corpus ī sacramento eccl'ie
digne locare valeam. Peto etiam dñe
q planctus & dolor matris tue & amico
rū tuoꝝ sup mortem & passiōes tuas me
consoletur in p̄nti in oībus tribulatio-
nibus/& in futuro me letificet. Hoc mi
hi cōcede iesu xp̄e consolator mestoꝝ: q̇
viuis & regnas deus in secula seculoꝝ:

Amen.

Hora vicesima de descẽsu ad inferna

d Eus in adiutorium meũ inten
de. Domine ad adiuuandũ me
festina. Glia pri ꝛ filio. Sicut
erat in pncipio ꝛ nũc ꝛ semp ꝛ in se. ꝛc.

Fundamentum meditationis

a Diuua me dñe iesu xpe deuote
meditari ꝙ tu ad inferna descẽ
disti ꝛ liberasti tuos amicos

De consolatione patrũ in lymbo

e ya domine iesu ꝙ̃ miranda res
fuit ista ꝙ in natiuitate tua or⸗
tus est sol: ꝛ misit radios suos
in media nocte vero sole oriente: Et in
morte tua vero sole occidente/in meri⸗
die sol radios suos terre abstraxit / ꝛ ad
patres in lymbo existentes direxit Eya
sanctissimi patres/patriarche ꝛ prophe
te/ac ceteri electi dei sedẽtes in tenebris
ꝛ in vmbra mortis ipi⁹ lymbi ꝙ̃ pfusis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

gaudijs repleti fuistis/ quādo p̄ mortē christi liberari vos de tenebris sensistis ⁊ radios vere lucis ⁊ solis iusticie inte/rim ꝙ verus sol christus passus fuit in tenebris conspexistis. O quotiens. O q̄s longo tēpore ꝓ liberatōne clamastis ⁊ a tenebris absolui supplicastis. O Johānes baptista qui dn̄m digito demonstrasti. ⁊ tollere peccata mundi p̄dicasti O ꝓphete ⁊ patriarche qui aduentū xp̄i ad mūdum: ad lymbum in spiritu lōgo tēpore ante hoc vidistis/ ⁊ modo adin/uicem de vestris ꝓphetijs contulistis ⁊ que olim vobis ꝓphata: veraciter aduenire cum gaudio ⁊ iubilo per lucem vobis a vera mūdi luci radiantem in tenebris intellexistis.

De tristicia demonum.

v E vobis impijs ⁊ malignis spiritibus qui opera xp̄i salutife/ra ⁊ hominib9 in corpe ⁊ anima proficua male ⁊ odiose tolerastis/ ⁊ proinde mortē eius apud iudā ⁊ iudeos ꝓcurastis xp̄m nō deū sed hoiem purū ex

infirmitatibus ꝛ defectibus humanis
qui non cadunt in deuz iudicastis: ꝛ cō
demnato ad mortem inferno appropin
quastis. Et sibi locum preparari cū ma
gno gaudio principi vestro intimastis
Sed subito spes vestra in desperatōez
gaudium vestrū in luctuz p maliciā ve
stram pverti demeruistis / ꝛ confusionē
ꝛ damnū reportare per mortē pcuratā
a vobis cognouistis. O q̄ obstupuistis.
o q̄ tremuistis: quādo infernū illumia
tum / animas prius gementes. sꝫ modo
exultantes ꝛ gaudentes conspexistis: et
ad inuicem dixistis. Que nā est ista ter/
ribilis anima niueo splēdore coruscans
nunq̄ talem excepit noster tartarꝰ: nū/
q̄ talem nobis misit mūdus. Quis nā
fuit iste qui tam potēter accedit. Inua/
sor est iste / nō debitor / effractor non pec
cator ꝛ depcator. Judicē videmꝰ nō sup
plicem: timemus q venit pugnare non
succūbere / ꝛ eripe alios ꝛ non manere.
Heu perijt nr̄a potestas semp homini/
bus et animabus formidata. Ecce nul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

lus captiuus palpitat. Sz quod est ge
mēdū insultat nullius iam resonat vlu
latus/oīnis gementiū luctus obmutu
it. Et audientes cantum angelorū sta
tim ad portas inferni currebāt/ vectes
ferreos apponebant z serabant/mortez
eius lugebant z aduentū eius timebāt
Eya dñe iesu christe qz subito angeli ð
celo hora nona ad tuam agoniam z trā
situm de hoc mūdo ad te pendentem in
cruce venerūt. Et animam quā emisisti
ad infernū cum magna reuerentia z iu
bilo z cantico duxerunt. Portas aperi
regi glorie preceperūt. Uectes ferreos
cuz portis inferni ɔfregerūt/ z introitū
tibi ad inferna fecerūt. O Adam Noe
Abraam ysaac z Jacob. z ceteri patri
arche z ꝑmates. O Melchysedech Ab
yron Samuel Symeon: z ceteri sacer
dotes z pontifices. O Dauid Josyas
Ezechias z ceteri reges. O moyses Jo
sue Samson z ceteri duces z ꝑncepes.
O Esaias Daniel: Hieremias: z ceteri
ꝓphete. O Thobias Job Jeconias. et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.7.22

ceteri magni patres. O Joachim An-
na Joseph xpi parentes. O Johes ba
ptista dñi z ceteri innumerabiles sancti
z dei amici in lymbo z tenebris multis
annis detenti: qz lachrimabili voce pre
gaudio: z genibus pvolutixpo deo z re
demptori vrõ vinculis tenebraz solu-
tis occurristis. z oẽs clamando atqz re-
cipiendo ipm dixistis. Aduenisti dside
rabilis quẽ expectabam⁹ in tenebris vt
educeres vinculatos de claustris tene-
brarũ. Te nostra vocabant suspiria: te
magni requirebãt nostra lamenta. Dũ
hic es absolue reos: dũ ascendis assume
tecum tuos

De gaudio liberandoꝝ

e ya dñe iesu xpe qz delectabilis z
gaudiosa tua fuit presentia ab
hora nona sexte ferie vsqz ad me
diam noctem dominice diei ipis sanctis
in lymbo qui sciebant se de tenebris li-
berari: z luce claritatis eterne illustrari.
Ach qz lamentabilis z penosa fuit dñe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

Jesu presentia tua ipsis malignis spiri tibus qui timebant infernũ coꝝ spolia ri: ⁊ potestatem ipsoꝝ sup animas infri gi ⁊ ligari. Ach dñe q̄ꝫ tristabilis ⁊ dolo rosa fuit tua presentia aīabus perpetue pro peccatis suis damnatis que nunq̄ꝫ tuā volũtatez fecerũt: que sciuerunt a pe nis suis a xp̄o non liberari sed eternali ter damnari.

Oratio cum fructu descensio-nis ad inferos.

a Da mihi dñe intellectum: vt sciā q̄ tu volebas animā tuā ad in ferna transmittere: non vt penā sufferres. sꝫ vt sanctos a pena inferni li-berares: vt per tuam presentiaꝫ boni cõ solarentur: ⁊ mali amplius cruciarent᷑.

Pro sepultura christi oratio.

Rogo te piissime dñe: vt opa te-nebrarum me in p̄nti vita vitare facias: vt cũ de hoc seculo animā meaꝫ migrari contigerit: eam tenebre ꝑpetue non comprehendant: sed lux perpetua ei luceat in regno celoꝝ Ubi regnas in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

secula seculoꝝ Amen.

Hora vicesima prima de resurrectõe

d Eus in adiutorium meũ inten
de. Domine ad adiuuandũ me
festina. Gloria patri ꝛ filio ꝛ spi
ritui sancto. Sicut erat in principio et
nũc ꝛ semꝑ ꝛ in secula sc̄loꝝ Amen.

Fundamentum meditationis

a Diuua me domine iesu xp̄e de-
uote meditari cũ gaudio diẽ re-
surrectionis tue. ꝛ de morte tua
contemplari.

De gaudio ꝛ solẽnitate resurrectõis

e ya dñe iesu xp̄e cum quanto iu
bilo ꝛ tripudio: hymno ꝛ canti
co/angeli in nocte dominica te
de inferno exeunte ꝑcesserũt: O cũ quã
ta leticia ꝛ gaudio sancti patres: quos
de lymbo liberasti te sequebãtur. ꝛ oẽs
simul ad sepulchrũ cũ tua bñdicta aĩa ve
nerũt: vbi corpus tuũ vulneratum cru
entatum conspexerunt. Eya angeli dei
ministri vestri dei/ qui primo ꝑcessistis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

⁊ ad sepulchrũ venistis: ⁊ corpus seu tu
nicam dĩ vestri incõsutilẽ quã spũssan
ctus in virgine gl'iosa ꝯtexit ⁊ ꝯfecit tin
ctam sanguine et rubricatã: tanq̃ vestẽ
pontificalẽ: ⁊ q̃i calcantiũ in torculari i
uenistis. Quid ei aliud fecistis: nisi qđ
factũ fuit de vestimento Joseph: qđ mit
tebatur ad patrem discernendũ: ⁊ dixi-
stis: O pater qui nos misisti ad filiũ tu
um querendũ: vide si hec tunica sit filij
tui dilecti an non: quẽ inuidia fratrũ tã
q̃ fera pessima deuorauit, ⁊ vestimentũ
eius sanguine in flagellatõe: in corona
tione: in crucifixione tinxit ⁊ colorauit.
Et quinq̃ scissuras lamẽtabiles in eo
lacerauit: O q̃ subito aĩa tua dñe de in
ferno ad sepulchruz veniens: corpus i-
bi quiescens reassumpsit. ⁊ đ sepulchro
mortis corp⁹ ⁊ aĩa cũ deitate surrexit: ⁊
multe aĩe scõꝝ patrũ q̃s de inferno du
xisti ad sepulchra sua redierũt ⁊ corpora
sua assumpserũt: ⁊ tecũ surrexerũt ⁊ mul
tis in ciuitate apparuerũt. O dñe iesu
q̃ fidelit' aĩas liberatas archãgelo Mi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.7.22

chaeli pposito padisi ꝯmisisti ⁊ ipas in padisuȝ duci iussisti. ⁊ ibidē manere vs-
ꝙ in diē ascēsionis tue ad celuȝ fecisti. ⁊ postea eas tecū ascendere in celū eis pro misisti. O ꝙ festinanter dn̄e iesu ad matrē tuā mestissimā venisti. Et primo ei: postea discipulis tuis tristissimis. ⁊ postea mlierib⁹ dolorib⁹ plenis apparuisti Eya dulcissima maria: q̄ntū gaudebas qn̄ dilectissimū filiū tuū viuū: ⁊ resurrexisse de amarissima morte videbas. ⁊ ipsum ampli⁹ impassibilem ⁊ imortalē veraciter sciebas. o discipli tristes de morte dn̄i: ⁊ de eius resurrectione dubij/ q̄ntum gaudiū vobis instabat: qn̄ ipse viuus vobis apparuit ⁊ om̄ia argumenta dubitationis a cordibus vestris deposuit: ⁊ iudeoꝝ triduanum timorem mortiferum a vobis totaliter amouit: Ach Maria magdalene ⁊ cetere mulieres deuote. Ach domini matertere ⁊ cognate ꝙ sollicite ⁊ studiose ad sepulchrum cristi iesu cum aromatibus summo mane

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

dominice diei venistis: ꝛ dominū resur
gentem perungere voluistis: ꝛ ipm nō
inuenistis. sed furatū ꝛ a malis hoībus
sublatum credidistis. Heu quantuꝫ fle
uistis: Heu ipm pdidisse timuistꝫ. Heu
quid fecistis / ibi foras sepulchrū conse
distis nec āgelo vob dicēti ipm resurre-
xisse credidistꝫ nec per angelū ꝯsolari po
tuistꝫ donec dn̄m per se in ꝓpria psona vi
distis ꝛ cognouistis. O domīe iesu ho
die tua coro p mortem exiccato floruit ꝛ
oīs creatura etiam modo reflorendo
a morte hyemis arefacta congaudet ti-
bi. Hec ergo est dies quē fecit dn̄s exul
temꝰ ꝛ letemur in ea. Quia de morte ad
vitam: de inferno ad celū surgimus De
peccato sumus absoluti: ꝛ de potestate
dyaboli liberati.

Quare ꝛ ad quē fructum christus
resurgere voluit.

D A mihi dn̄e iesu intellectum: vt
sciā ꝙ tu volebas ꝺ morte resur
gere ꝓpt me vt p tuā resurrectio
nem meam in nouissimo die fieri osten

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

deres. Item volebas tertia die de mor-
te resurgere propter me: in signũ ⁊ in ex-
emplũ: ꝙ quotienscũq; ego per peccatũ
morior totiens per tres partes peniten-
tie. scilicet contritionem: confessionem
⁊ satisfactionem ad vitam anime resur-
gere possum. Item volebas ab amicis
tuis qui te sepelierunt: ⁊ ad sepulchrũ
posuerunt queri ⁊ non statim inueniri:
sed ab eis elongari: ⁊ ipsis turbatis ꝑse-
uerantibus apparere: in signũ vt osten-
deres mihi: ꝙ ego ⁊ quilibet alius hõ ex-
istens in tribulationibus ⁊ quasi a deo
derelictus: non statim debet differre: si
deũ querit ⁊ eius auxilium petit: ⁊ subi-
to nõ ꝯsolatur: nec deum adesse experitur
sed debet cum mulieribus perseuerare
⁊ dolenter supplicare qđ est signũ vere
dilectõis. ⁊ tũc indubitãter sibi accedit
⁊ ꝯsolatõem ꝯcedit. Itẽ volebas de se-
pulchro perdi et queri: ⁊ tñ inueniri in
signũ vt oñderes ꝙ qñcũq; ego ⁊ ali⁹ hõ
corpus tuũ in sacramẽto ponit ad sepul-
chrũ cordis sui. ⁊ ꝓpter peccata sua te p-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

diderit/te fugauerit: q te dolenti corde
et lachrimis cōtritōis debet querere: et te
poterit rehabere. Ue mihi dñe iesu qui
te totiēs posui in sepulchrū cordis mei
et propter peccata postea cōmissa te perdidi: te
a me fugaui: inhoneste tractaui. et ster-
cora ac maculas pctōrum meorum sup te do-
mine purissime deus piecu: q non poteras
sustinere. sed oportuit te de loco abscedere:
et sicut vilem hospitē qui luto ɔfusibiliter
de hospitio amouetur te dñe licenciaui et
fugaui. Ach quotiens te purissime deus
inuitaui: et tuū corpus sanctissimū in sa-
cramēto ad cor meū imundum peccatis
maculatū locaui: vbi desiderabas māe-
re. sed fetor et immundicia te ɔpulit rece-
dere et abire.

Orō ad ipetrandū fructū resurrectōis

r Ogo te piissime deus: vt me iuua-
re digneris quatenus de morte om-
niū pctōrum meorū resurgā. et oīa
peccata mea postponā et derelinquam.
et amplius nunq̄ cogitatōe: locutōe/opere
omissione peccata cōmittā. Peto etiam

dñe si ꝓpter peccata mea te de sepulchro nime mee ꝑdã: vt cũ mlierib⁹ mihi aromata virtutũ: ⁊ odorē bonoꝝ operũ pñi tentialiũ cõcedas cũ qͥbus amaritudie ⁊ dolore te ꝑditum lugeam: ⁊ queraz te dolenter: quesitũ inueniã: te inuentum retineam nunc ⁊ semper ꝑ infinita secula seculoꝝ Amen.

Hora vicesimasecunda de ascensione dñi nostri iesu xp̄i ad celos.

d Eus in adiutorium meũ intende. Domine ad adiuuandũ me festina. Glãa pr̄i ⁊ filio. Sicut erat in ꝓncipio ⁊ nũc ⁊ sempꝰ ⁊ in se. ⁊c.

Fundamentum meditationis

a Diuua me dñe iesu xp̄e deuote ⁊ cum iubilatione cordis mei tuam gloriosam ascensionē ad celos meditari.

De gaudio ascensionis christi ad celos.

o Pater celestis summus parēs filij tui iesu xp̄i: cũ q̄nto gaudio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

et dilectione angelis ꝛ celestibus spiri-
tibus precepisti: vt de celo descenderent
ꝛ filiū tuum missuȝ in mūdum pro salu
te humani generis de mōdo ad celū edu
cerent. Eya angeli dei q̄ȝ subito ꝛ prom
pte summo parenti obedistis: ꝛ celos cū
magno exercitu ꝛ celesti militia exiuistis
O cum quanta symphonia In tympa
nis ī choris: ī chordis ꝛ organis: ī cym
balis bene sonantibus: in psalterio ꝛ ci
tharis: ꝛ pluribus instrumentis musi-
cis: ꝛ spūalibus canticis vos angeli di
descendistis / ꝛ ad montem oliueti veni
stis. Ubi creator ꝛ dn̄s vester iesus xp̄s
a patre de mūdo vocatus fuit / cū disci-
pulis suis ꝛ amicis dilectissimis cōgre
gatus. O dn̄e iesu q̄ȝ amicabiliter dilec
tissime matri tue ꝛ discipulis tuis vale
dixisti: ꝛ ipsos bn̄dixisti: ꝛ cū turba maḡ
animarū ꝛ sanctoꝝ patꝝ de lymbo libe
ratis in magno iubilo ꝛ gaudio ascendi
sti. Ach discipuli domini q̄ȝ dolenter o
culos vestros eleuastis ꝛ post dominū
vestrum ascendentem respexistis. Ach

quot lachrymas fudistis de eo q iterū eius absentiam habere debuistis. O quā to luctu et planctu ciuitatem ingressi fuistis. Et spiritū sanctum vobis in consolatorem perpetuū promissum orationibus et ieiunijs expectastis. Eya dn̄e ihū q̄ reuerenter pater tuus te recepit: et ad dexteram sue sedis celestis collocauit: et tibi benedixit, pro eo q omnia opa et negocia tibi ab ipo cōmissa: ita fideliter pegisti. et vitam tuā pro negocijs exposuisti cōmissis. Eya sanctissime pater q̄ reuerēter et gaudenter sanctos patres et tā raros hospites in celesti curia cum filio tuo venientes recepisti quos filius tuus tibi lucratus fuit, et propter eos magnū bellū et magnam pugnā exercuit: et plura letalia vulnera recepit: sicut per stigmata et cicatrices vulnerū ostendit. O q̄ntum festū. O q̄ntum gaudium tali dei fuit in celo ē inenarrabile: nec lingua potest fari nec cor meditari.

De vtilitate ascensionis xpi ad celos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

d A mihi dñe iesu intellectum: vt sciã q tu volebas celos ascendere: vt celos p multa milia annorũ clausos hominib aperires. Itẽ volebas manifeste ad celos ire. vt viã ascendendi mihi oñderes que scz via ascẽdendi est de monte oliueti: id est de monte olei miscdie in qua miscdia ad mundum venisti: et mortẽ sustinuisti: et mlta opera miscdie mihi oñdisti. Que opa misericordie si pxio meo exhibebo beatitudinem eternam habebo.

Oratio pro ascensione.

r O go te piissime deus: vt pedes meos de via lata peccatorum que ducit me ad infernum / in qua multis annis ambulaui auertas: et ipas ad viam mandatorum tuorum dirigas: vt ãplius cogitatõe locutiõe et oibus operibus meis virtutibus insistã de vna virtute ad aliam ascendam / et brauium vite eterne comprehendam Amen.

Hora vicesimatertia de missione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

spiritussancti.

d Eus in adiutorium meũ inten
de. Domine ad adiuuandũ me
festina. Gl'ia patri ꝛ filio ꝛ spiri
tui sancto. Sicut erat. ꝛc̃.

Fundamentum meditationis

a Diuua me dñe iesu xp̄e deuoto
corde meditari ꝙ spiritũsanctũ
misisti tuis discipulis in conso
latorem.

De expectatione discipuloꝝ p̄ro
missionis spiritussancti.

e ya dilecti discipuli dñi ꝙ̃ dili
gẽter in cenaculo hierosolymis
vobis a domino vestro deputa
to per decem dies vos cõtinuistis. O ꝙ̃
deuote in orationib⁹/vigiliis/ieiuniis
ꝛ aliis piis actibus vos interim exerci
tastis. O ꝙ̃ sedule ꝛ dolorose collatões
ꝗtidianas de passione ꝛ morte dñi vr̃i
habuistis. Et loco Jude traditoris ma
thiã in duodecimũ apl'm elegistis. Sibo
lũ duodecĩ apl'oꝝ fidei de ꝯsilio ꝛ instru
ctõ e marie dñe vr̃e singilari ꝯposuistis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

Et sic decima die accipere spiritum sanctum meruistis: qui in igneis linguis super capita vestra se demōstrauit: vos in fide et caritate radicauit spirituali vita vos confirmauit: vos immunes amplius esse a peccatis vobis inspirauit: tantā patientiam in vobis firmauit ꝙ omnem passionē: īmo etiam mori pro fide dñi nullus vestrū recusauit.

De vtilitate missionis spiritussancti

D A mihi domine intellectum vt sciam ꝙ tu volebas spiritū sanctū mittere discipl'is in specie ignis/ vt spiritussanctus eoꝝ corda caritate inflammaret. et oīa mala in eis consumeret. Item volebas spiritū sanctū mittere discipulis in linguis igneis ad designandum ꝙ lingue eorum quibus debebant fidem predicare in mundo/ deberent esse ardentes et feruentes in charitate/ non tepidi/ nec subticētes aliquid de veritate. Ve mihi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

Oratio pro donis spiritussancti

r
Ogo te dñe iesu: vt mihi defectuoso homini et deficienti in vita virtuosa et spirituali succurras et mihi dona spũssancti transmittas: quibus aĩa mea ditetur et recreetur.

Primo dñe mitte mihi spiritũ sanctũ cũ dono consilij: qui mihi consiliũ prestet qualiter vitã virtuosaʒ et spũalem debeam incipere: in ipsa pficere: et p ipam pseueranter perficere: qꝛ ad talia minus sufficientẽ me inuenio: nec sine auxilio spiritussancti hoc opari valeo. Secũdo peto dñe vt mihi mittere digneris spiritum sctm̃ cũ dono scientie. vt facta sec'laria que in vita pñti p corpe et anima sunt mihi necessaria: sciaʒ discrete et prudẽter tractare vt sint ad tuã laudẽ: et ad mei et pximi vtilitatẽ: et ad corpis mei et anime sanitatẽ. Tertio peto dñe mihi mittere spm̃ sanctũ cũ dono intellectus: vt intelligã voluntatem tuã: pcepta tua phibitões tuas. et in oĩbus rõnabiliter viuã nõ vt bestia: sʒ vt rõnabilis creatu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

ra quã ad tuã imaginem creasti: ⁊ intel-
lectũ cognoscendi bona ⁊ mala: vtilia ⁊
nociua mihi communicasti. Quarto
mitte mihi dñe spūm sanctuꝫ cũ dono sa-
piẽtie: vt celestia solũ pncipaliter mihi
sapiãt: dulcorẽ ⁊ delectatõem mihi pstẽt
⁊ terrestria/carnalia ⁊ alia que peccatis
sunt inuoluta mihi desipiãt. Amaritu-
dinẽ ⁊ horrorẽ mihi faciãt q̄ hoiem ratõ-
nalem ita insipientẽ reddunt: vt trãsito-
rijs adhereat ⁊ eternalia postponat.
Quinto peto dñe ihu vt mihi mittere
digneris spūm sctm̄ cũ dono timoris: q̄-
tenus quotidie timeã ne opibus meis
⁊ alijs dictis ⁊ cogitatis peccẽ ↄtra te: et
tuã grãꝫ perdã ⁊ amittam: ⁊ penã infer-
nalem incurram. Sexto peto dñe: vt
mihi mittas spūm sctm̄ cũ dono fortitu-
dinis bona sp faciendo: ⁊ malis ⁊ pecca-
tis sp viriliter resistendo. De qua forti-
tudine multũ indigeo: qꝛ ita faciliter p-
mitto me peccata tẽptare ⁊ vincere ⁊ ra-
ro inuenio me resistere. Septimo pe-
to dñe: vt mihi mittas spūm sctm̄ cuꝫ do

no pietatis quatenus largus sim ꝛ pl⁹ mibimetipi quo ad salutē corporis ꝛ animie: nō crudelis .s. corp⁹ nimiū destruendo abstinentiis vł supfluitatib⁹. Nec aīam pdendo vitiis ꝛ vanitatib⁹. ꝛ primo subueniam elemosinis ꝛ misericordie opibus: vt tandē audire merear vocem illā quā in nouissimo die dices ad misericordes ꝛ pios. Uenite benedicti patris mei percipite regnū. Hoc nobis prestare digneris domine iesu chryste sancte sanctoꝝ qui viuis ꝛ regnas in secula seculorum Amen.

Hora vicesima quarta de iudicō dn̄i nostri iesu xpi extremo.

Eus in adiutorium meū intende. Domine ad adiuuandū me festina Gloria prī ꝛ filio ꝛc. Sicut erat in pncipio ꝛ nūc ꝛ semp ꝛc.

Fundamentum meditationis

Diuua me domine iesu chryste iudex viuorum et mortuorum deuote meditari et cum timore:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

iudiciuꝫ generale qđ in nouissimo die tenebis.

De maiestate iudicis christi.

e ya dñe iesu cū q̄nta potentia et maiestate: O cū q̄nto angelorū ꝛ sanctoꝝ exercitu venies ad finale tuū iudiciū. O q̄ꝫ subito ad vocem tube sonātis oēs hoīes viui ꝛ mortui cū corpore ꝛ aīa ibidē ꝑ angelos citati ꝛ per sonū tube cōparēt vocati O sancti apl'i ꝛ cꝫpl'es aliȷ sancti cū q̄nta gl'ia ꝛ reuerētia sedebitis cū dño ꝓ tribunali: oēs homines iudicabitꝭ. ꝛ sententiā vite ꝛ mortis determinabitis.

De gaudio electorum.

e ya dñe iesu quāt⁹ honor/gaudium ꝛ gl'ia tunc instabit illis hominibus qui suis bonis opibꝫ meruerūt ad dexterā tuam ꝯgregari: ac ad vitā eternā inuitari: cū his tuis mellifluis verbis Uenite benedicti p̄ris ꝛc̄.

De miseria damnatorum

Eh vnd we dñe/q̄nto dolore ꝛ pauore cordis tales hoīes con

cutiũtur qui suis malis opibus demer
ruerũt ad sinistrã ꝯgregari: ⁊ ad morteꝫ
eternã cõdemnari. Cũ his tuis verbis:
Ite maledicti in ignẽ eternũ. Quibus
tũc in maiorẽ penã ⁊ ꝯfusionẽ ostendis
O iudex / ⁊ dñe tuã tuã crucẽ: tuoꝝ vul
neꝝ cicatrices: ꝑ eo ꝙ de tua morte ⁊ pas
sione ⁊ alioꝝ beneficioꝝ tuorũ sꝑ fuerũt
ingrati ꝯtraq̃s tũc clamabãt oĩa opa
eoꝝ mala O ĩnia eoꝝ mẽbra q̃ peccauerũt
⁊ oẽs creature q̃ eis fideliter seruierunt
⁊ seruitiũ male ꝑdiderũt. O vos miseri
tũc velletis nũq̃ꝫ fuisse: nũq̃ꝫ vixisse: ⁊ pre
timore ⁊ horrore clamabitis ad montes
vt sup vos cadant: ⁊ a furore iudicis vos
abscondãt. Ach vnd we q̃ꝫ horribiliter
tunc condẽnati ad inferna a dyabolis
deducunt ⁊ ibidem ꝑpetue cruciantur.
Ach quãtus luct⁹ ⁊ planctus. Ach q̃n
tus clamor tunc ibi erit. Ibi parentes
clamabũt ꝯ filios ⁊ filias: ꝓpter quorũ
amorẽ excessiuũ mlta peccata cõmiserũt
ꝯ deũ ipoꝝ quẽ offenderũt. Ibi clama
bũt filij ꝯ parẽtes ꝙ vnq̃ꝫ ipos genuerũt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

⁊ad tantã miseriã ipsos nutriuerũt.

De iudicio hominis quotidia no super seipsum.

r Ogo te pijssime iudex ⁊ dñe q̃tenus me iuuare digneris quotidie meipm iudicare: sententiã ꝯtra peccata mea ꝓferre/me ad penitentiã cõdemnare: vt cu; ad tuũ iudiciũ generale ꝑuenero: sim a meipo iudicatus ⁊ tuo iudicio supportatus.

De iudicio corporis.

a Diuua me dñe iudicare corpus meũ qd est materia multũ vilis ⁊ ignobilis ꝺ vili terra factũ: vili panno post natiuitatem suã inuolutũ. In vtero matris menstruali sanguine nutritũ. Plenũ miserijs: oneratũ peccatis/occupatũ vitijs ⁊ passionibus: ꝓnũ ad malũ: omĩ ꝯfusione plenũ: eiulãs ⁊ plorãs: huiꝰ mũdi exilio traditũ: morte cõdemnatũ. Et si meliꝰ iudico corpꝰ meu;: quid enĩ aliud est nisi sperma fetidum: cadauer miserũ/cibus vermium: saccus stercoꝝ? Et si magis diligenter

considero. Quid per os ꝛ nares ꝛ cete-
ros meatus corporis egreditur: vilius
sterquiliniũ nunq̃ȝ inuenit. Unde ergo
superbio ego cinis ꝛ puluis ante ꝛ post
natiuitatem: cuiꝰ ꝯceptõ culpa/nasci pe
na ꝛ miſia: viuere labor/mori angustia
post hoĩem vermis/post vermẽ fetor ꝛ
horror. Cur ego hec vilia nõ considero:
Quid fedius hũano cadauere? Quid
horribiliꝰ mortuo homĩe: ꝛ cuiꝰ erat in
vita gratissimus amplexꝰ/erit in morte
horribilis aspectus. Si ꝯsidero vñ ve
nio. erubesco: vbi sum ingemisco/quo
vado contremisco. De parentibꝰ meis
venio qui me prius fecerũt damnatum
q̃ȝ natum/peccatores peccatorẽ in pec-
cato suo genuerunt. Miseri miserũ de
peccato nutriuerũt/in hanc lucis mise
riam induxerũt. Nihil ex eis habeo ni-
si miseriam ꝛ peccatum ꝛ corpus corru
ptibile quod gesto. Ad alios vero festi
no qui morte corpis hinc exierunt. Et
cũ eoꝝ sepulchra respicio/nihil inueĩo
nisi cineres ꝛ vermes/fetorem horrorẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

Et q̄ ego sum fuerunt illi / ꝛ q̄d illi sunt ego ero. Cur ergo ego fatuus ꝛ stultus illud vile corpus preciosis adorno vestibus delicatis nutrio cibariis / q̄d post paucas dies vermes erunt devoraturi in sepulcro. Et nec vestis nec cibaria sibi proficiunt: nec a vermibus defendunt. Cur etiam tantum honorari et exaltari desidero. cum post paucos dies ossa potentum ꝛ divitum non possunt discerni ab ossibus pauperum. Cur etiam corpus meum die noctuque laborat / fatigatur / sollicitatur pro divitiis / ꝛ in morte de omnibus bonis nil plus nisi vnum pannum lineum habebit: non pro corporis fomento. sed pro pudendorum tegumento.

De iudicio anime:

a Diiuua me domine ihesu iudicare animam meam / que est creatura multum nobilis / insignita tua imagine redempta tuo precioso sanguine: deputata: cum angelis capax beatitudinis: particeps rationis. Quid ergo nobilissima anima tibi cum vili corpore Que ergo tibi societas ꝛ amicitia cum carne que tecum familiariter vivit: in sinu tuo dormit: tecum dulce collo

quinꝫ habet. ⁊ tñ iure hereditario ꝟuus tuꝰ est nõ socius. Sꝫ abeunte etate: deli cate corpꝰ illud nutriuisti ⁊ virge pepcisti: ꝯtumax factũ est. Et leuabit calcaneum suũ sup caput tuũ ⁊ te nobilem aĩaꝫ dñm suũ in ꝟuitutẽ redigit/ ⁊ tui crudeliter dñatur: ⁊ te cõcalcat ⁊ solũ que carnis sunt sapit. ⁊ ꝑ nihilo habet terram desiderabileꝫ ⁊ viuentiũ: vñ tu creata es plenũ est auaricia/luxuria/accidia/adulterio/ ⁊ oĩbus iniquitatibꝫ/ aduersus te nutrit scandala vult a te tuã hereditatem tollere ⁊ desup terrã auferre. O aĩa quare tu tantã iniuriã nõ vindicas sed dissimulas: nec ei durũ verbũ loqueris nec vultũ iratũ oñdis. sꝫ blãdienti tibi arrides/ ⁊ cũ illusore ludis. Et ludꝰ ille non est iusticie sed illusio aĩe ⁊ ꝑsecutio ⁊ mors. O aĩa q̃d tibi videꝟ si recte sentis/ si iuste iudicas/ mecũ dicis/ mecuꝫ sententias ꝙ corpꝰ sic reũ mortis crucifigatur. Noli dissimulare: noli differre noli parcere. Sꝫ festinanter: audacter crucifige ipm/ sꝫ cruce xpi in quo est salꝰ

vita z resurrectio/ ad quē si ex corde cla-
maueris crucifixus/ tuū audies xp̄m rē-
spondētem. Hodie mecū eris in paradi-
so. Item si amplius aīam meā iudicabo:
inuenio eam ratōnabilē creaturā z no-
biliorē alijs creaturis. Sed heu aliqñ
multū irratōnabiliter viuit cōsentiēdo
corpi: in malū: in mortē: hoc nullo mō a-
nimal irrationale faceret qꝫ scienter ad
nociua sibi quouis modo iret.

De iudicio operum.

Diuua me dn̄e iesu iudicare vi-
tam meā z opa mea quotidiana
que facio/ heu q̄ sunt ꝯtra volū-
tatem tuā z ꝯ mādata tua: nec in merito
nec in p̄mio mihi pficiūt. Ego die noc-
tuqꝫ ſuio corpi meo/ laboro sollicitor
p delicijs z voluptatibus suis: z mlta me-
ritoria ppter ip̄m negligo z tandē in fi-
ne vite sue nihil mihi dat nec me appre-
ciat. Nec seip̄m pōt iuuare z a corrosiōe
vermiū defendere. Ego seruio/ laboro
die noctuqꝫ diuitijs: oēs vires curren-
do vigilando curā gerēdo: expendo z in

fine vite mee de oibus diuitijs non am
plius habeo nisi duas vlnas de antiq̄
panno lineo. Ego fuio parētibus: ami
cis filijs ꝛ filiabꝰ/ cū corpe ꝛ rebus/ ꝛ pꝰ
mortem meā nihil plus faciūt q̄ꝫ q me
ad sepulchrum sequunť. Nullus mihi
tā dilectꝰ pōt inueniri q̇ velit mecū sepe
liri/ vel qui velit sequi aīam meā q̄ sola
de hoc exilio pegrinať/ ꝛ p ignotā rtam
vadit. Nullꝰ amicoꝝ eā cōducit. Nullꝰ
ei expēsas p viatico ꝯcedit. Nullꝰ in via
ei mutuat ꝛ ꝯmodat: nec pecunias hꝫ ꝛ
pigneribꝰ caret. O we q̄ntū dubiū est d̄
pmo hospicio ad qd̄ declinat: an sit bo-
nū vľ malū: solaciosū vľ penosuꝫ. Itē e-
go fuio mōo et fre: ꝛ dabit mihi p p̄cio
h qd̄ hꝫ. Et in fine vite mee p p̄cio labo
rū ꝛ fuicioꝝ meoꝝ terra se apitꝛ amica-
biliť me recipit. ꝛ mūdus p p̄cio terrā ꝛ
lapides sup corpꝰ meū dabit: in tāta q̄n
titate sic vn̄q̄ꝫ possuꝫ portare: nec p̄ pōde
re magno ꝛ g̅ui me leuare. Itē ego fuio
diabolo ī multꝭ actibꝫ crimiōꝝ: diabolꝰ
app̄ciať me taliter qualis ipse fuit ꝛ est/

⁊ dat qđ habet/ ⁊ tandem me ducit ad regnum suū ⁊ proijcit in penā eternā. Ue ergo mihi misero ꝙ tibi non seruio domino meo iesu/ ꝙ potiꝰ volo facere mala ꝙ̄ bona: cū tñ bona eque essent facienda sicut mala/ ⁊ tu das tam magna precia/ que nullus alius dat. Tu ei das teipm in p̄mium/ ⁊ tuū eternū regnuꝫ in stipendium.

Impetratio ꝑ bono fine obtinendo

r Ogo ergo te dulcissime deus vt vitam meā quotidiana discussione examinare me adiuues: ⁊ ꝙ quotidie iudicem q̄ntum proficio: quātuꝫ deficio: qualis sim in moribus: qualis sim in affectibus: ꝙ̄ similis sim tibi dñe: ⁊ ꝙ̄ dissimilis: ꝙ̄ longe a te: ⁊ ꝙ̄ ꝓpe Et in me nihil maneat iniudicatum: nihil inexaminatū: nihil indisciplinatuꝫ Fac me plangere: fac me penitere iniq̄tates ⁊ peccata quibꝫ te offendi: vt in finali tuo iudicio appareā purgatꝰ ⁊ emēdatus: et merear per angelos tuos ad dexteram tuam cum sanctis tuis collo

carſ: ⁊ ad regnum benedictis et ſanctis preparatum per te domine ieſu initari. Quod mihi domie ihu preſtare digne-ris: qui cuz patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſecl'a ſeculoꝝ Amen.

Explicit horologiū deuotōnis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
XV
FIRENZE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.7.22